mediũ ignem diuidẽs findebat · Vir auteꝫ vn⁹ ex
igne proſiliẽſ · demoĩb⁹ illum proijciẽtib⁹ ſup hũ
merũ ei⁹ maxilla ſua illius maxillaꝫ expreſſit · quẽ
vir ſanct⁹ cognoſcebat eum eſſe q̃ veſtimẽtuꝫ ei
propriũ moriẽs donauerat · humerũqꝫ ei⁹ ac ma
xillam incendẽs · ab ãgelo ſancto in ignem vñ exi
uit ẽ proiect⁹ · Tũc dyabol⁹ ait · Noli repellẽ quẽ
añ ſuſcepiſti · ſicut ſuſcepiſti bona ei⁹ · ſic etiaꝫ de
bes eẽ ꝑticeps penarum eius · Angelus aũt dñi re
ſpondit · nõ propter auariciã · ſꝫ propter aĩam ei⁹
liberandam ſuſcepit · tũc ceſſante igne. dixit ãge
lus dñi ad furſeũ · Quod incẽdiſti hoc arſit in te.
ſi eñ hui⁹ viri in peccatis ſuis mortui veſtimẽta
non ſuſcepiſſes · in corpe tuo pẽne illi⁹ nõ ardẽnt
Predica ergo omibus peĩtentiã. LXXXIII.
❡De reditu aĩme ei⁹ ad corp⁹ & ſeqnti cõuerſa
tione ipius.

HIs & alijs ſermoĩbus inſtruct⁹ · ſup te
ctum eccĩe inter ſanctos ãgelos ſtans
ſuũqꝫ corpus cõſiderans. iubet̃ illd̾ co
gnoſcẽ & reſumere. q̃ cũ illud quaſi cadauer igno
tũ timereꝫ · & appropinquaȓ nollet · ait ãgel⁹ · Noli
timere hoc corp⁹ ſuſcipe qd̾ ſine vlla infirmitatis
vl̾ vicioꝝ repugnatõe. quãuis inualidũ patieris ·
Cõcupiſcẽtias eñ illicitas in hac tribulatõe ſupe
raſti · vt vetera cõtra te nõ p̃ualeant · tũc pectore
corp⁹ apiri vidit & intrauit · quaſi ergo de profũ
da quiete mortis · p̃ſente m̃ltitudine pentum · vel
etiaꝫ vicinoꝝ ſeu clericoꝝ exurrexit humane ſtul
ticie magnitudinẽ ingemiſcẽs arduũ & difficilem
tranſitũ admirãs · Quod aũt de viro iniquo ſum
pſit icendiũ inter ſcapulas & ĩ facie ei⁹ apparuit ·
mirũqꝫ in modũ demonſtrabat̃ in carne qd̾ aĩma
ſola ſuſtinuit · Egreſſus ergo ide verbũ dñi predi
cabat · & ea q̃ viderat vl̾ audierat omĩb⁹ gothoꝝ
ꝑplis p̃dicabat · Cũqꝫ diuinis ṽtutib⁹ clar⁹ & de
hijs q̃ ad op⁹ p̃dicatõnis cõgrua ſũt · iterũ ab an
gelo ſancto edoctus · m̃lto tempe in hibernia p̃di
caſſꝫ irruentiũ ꝑploꝝ m̃ltitudines nõ ferẽs · & ali
quos cõtra ſe iuidia cõmotos dep̃hendẽs · diſceſ
ſit · pegrinaqꝫ litora petẽs · per britãniam ĩ ſaxoniã
trãſuectus eſt · vbi a rege ſigiberto honorifice ſu
ſcept⁹ · locũ monaſterij ab eo ſibi traditũ accelera
uit cõſtruere · quo facto ab omĩ ſeculi & ipi⁹ mo
naſterij cura alienare ſe cupiens fratri ſuo ſãcto
foillano curã eius reliqnit · & ipe heremũ petijt ·
vbi cũ alio fratre ſuo vlcano ꝑ ãnũ philoſophat⁹
eſt · Cũ aũt quibuſdã cauſis ĩgruentibus a ꝑplo vl̾
rege ad conſiliũ inuocat⁹ · ymo etiã compulſus ·
deſideratam ſibi heremum reliquiſſꝫ · omĩa animo
peruigili tractans ad galliarũ litora nauigauit ibi
qꝫ a francoꝝ rege clodoneo honorifice ſuſceptus

monaſterium ĩ loco quem vocãt latiniacum ↄſtru
xit. Nec multo poſt fratrib⁹ ordĩatis cũ rege iter
agens. infirmitate correpť⁹. ad celeſtia regna mi-
grauit. cui⁹ corpus in villa q̃ parrona dicit̃ in ec-
cleſia prope altare reuerenter cõdit̃. Cõſtructaq̨
ad oriẽtalem ꝑtem altaris domũcula. poſt q̃ttuor
fere annos ibidẽ a reuerendis epiſcopis eligio &
autberto ĩmaculatũ ſine vlla putredie trãſfertur
Huius natale celebrat̃ q̃rto noñ. marcij.

LXXXIIII ¶ De geſtis ſancti martini pa
pe. ¶ Hugo vbi ſupra.

ANno quoq̨ p̄notato martinus romane
eccleſie. lxxij. p̄ſidet. Eo t̄pe cõſtans im
perator in monochelitarꝝ hereſiȝ ĩcidit.
ſicut & auus ei⁹ heracli⁹. Proinde martin⁹ papa
celebrauit rome cõſiliũ. vbi & damnauit om̄s pra
ui dogmatis aſſertores. Sed maxie paulũ conſtã-
tinopolitanũ falſi nomis patriarchã. q̃ recognita
idem cõſtans martinũ papã ↄſtantinopolĩ euoca-
uit. & inde eũ exilio apud cerſonã relegauit. mul-
tos etiã orthodoxorꝝ verberib⁹ & exilijs ↄdemna
uit. eo ꝙ hereſi ſue nullaten⁹ acq̃ſcere vellent.
¶ Ex geſtis pontificũ. Ipſis diebus direxit impe
rator olimpiũ cubiculariũ ad regẽdam ytaliã. qui
romã veniẽs. inuenit eccleſiã coadunatã. voluitq̨
ſciſma ſancte eccleſie intromittẽ. & nõ illũ oĩpo
tens deus ꝑmiſit. q̃ nitebat̃ ꝑficere. Videns ergo
ſe a ſancta dei catholica eccĩa ſupatum. dũ ei cõ-
munionẽ porrigerȝ ſãctiſſim⁹ papa. voluit eum
interimere. vt demãdauerat ſuo ſpatario. ſȝ deus
excecauit ſpatariũ olĩpij exarchi. & non ẽ ꝑmiſſus
videre põtificem q̃n exarcho cõmunionẽ perrexit
vel pacẽ dedit. Quod & poſtmodũ p̄dict⁹ armi
ger diuerſis cũ iureiurãdo ↄfeſſus ẽ. Videns ergo
olĩpius exarchus. q̨ manus dñi circũtegebat mar
tinũ. neceſſe habuit ſecũ pontificem ↄcordare. &
oĩa q̃ ei iuſſa fuerant eidẽ ſanctiſſimo viro indica
re Qui facta pace cũ ſãcta dei eccĩa colligẽs exer
citum. profect⁹ ẽ ſiciliam aduerſus gentẽ ſarace-
norꝝ q̃ ibidẽ inhabitabãt. Et peccato faciente ma-
gnus merit⁹ in exercitu romano ꝑijt. & poſt
hoc ifdẽ exarch⁹ morbo interijt. deinde directus
eſt ab imꝑatore theodor⁹ exarch⁹ cognomẽto ca-
liopa cũ theodoro imꝑiali cubiculario q̃ & pullu
rius dicebat̃ cũ iuſſione. Et tollẽtes ſanctiſſimũ
martinũ papam de eccĩa ſaluatoris q̃ & ↄſtãtino
politana noĩatur. ꝑduxerunt ↄſtãtinopolĩ. & nec
ſic etiã eis acq̃euit. Deinde directus ẽ ſepius di
ctus ſãctiſſim⁹ vir in exiliũ in locũ q̃ dicitur cer
ſona. & ibidẽ vt deo placuerit vitã finiuit ĩ pace
chriſti ↄfeſſor. qui & multa mirabilia opat̃ vſq̨ ĩ
hodiernũ diem. Depoſit⁹ eſt aũt. xv. kł. octobris
¶ Actor. Huius tñ natale celebrat̃ q̃rto yd⁹ no
uẽbris. ¶ Sigibert⁹. Anno ↄſtãtis q̃ & conſtanti
nus. vj. eligius nouiomi audoenus q̃ & dado rho
thomachi clarẽt ep̄i & philibertus de herio ĩſula
& richarius pontinẽſis. & geremarus flauiacẽſis
abbates. angadriſma quoq̨ ſacra virgo ſec⁹ bel
uacũ. anſegiſus etiã filius ſãcti arnulphi clarebat
cui begga ſoror grimoaldi nupſerat. ¶ Actor.
Vitam bt̃i eligij ſcripſit ſãctus audoenus.

LXXXV. ¶ De ſancto eligio nouiomẽſi
& bonis eius initijs. ¶ Ex geſtis eius.

HIc ĩ terretorio lemonice vrbis fuit oriũ
dus patre eucherio. matre vo terrigia
nat⁹. quẽ cũ mater adhuc haberȝ in vte
ro vidit ĩ ſomnio aquilã volantẽ ſupra lectũ ſuũ
& ſe tercio inclamantẽ. & ei neſcio q̃d ꝓmittentẽ
Que cũ ex voce aquile euigilaſſȝ. ꝑterrita nimis.
cepit cogitare de ſomnio quid hoc eſſȝ Cumq̨ po
ſtea in ꝑtu piclitaret̃. mandauerũt ad q̃ndam ſan
ctum virũ vt veniret & orarȝ pro ea. q̃ cũ veniſſȝ
ait illi. Ne timeas mater. q̨ puer iſte ſanct⁹ erit.
& magnus in eccĩa. cũ aũt eſſȝ iuuenis fecit eũ pa
ter ſuus ab aurificib⁹ erudiri. Et cũ iam ſciret to
tam artẽ illam. in franciã veĩt & cuidaȝ aurifici q̃
faciebat regis opa ſe ↄiunxit. quodã t̄pe cũȝ rex ꝑ
quirerȝ quis ſibi ſellã de auro & gemmis pulcerri
mã facerȝ. reſpondit ei magiſter ſancti eligij ſe in
ueniſſe artificẽ. q̃ optime regi facerȝ quicq̃d vellȝ.
Et accipiẽs a rege auri maſſam magnã tradidit eli
gio. q̃ ex eodẽ pondere duas ſellas pulcerrimas fe
cit. & deferẽs vnã regi alterã penes ſe detinuit.
quã cum omẽs mirarent̃. rex eũ copioſe remunera
uit. tunc eligius alteram ꝓtulit & regi p̄ſẽtauit.
dicens. ꝙ de auri reſiduo hanc feciſſȝ. Et rex am
plius ſtupefact⁹ q̃ſiuit quomodo eas ex eodẽ põ
dere facẽ potuiſſȝ. Bene inquit. Et excreuit fama
eligij in curia regis. LXXXVI ¶ De elemo
ſinis eius & miraculis & habitu eiuſdẽ.

BEatus autẽ eligius intiĩ paupes dilige
bat. ꝙ quicq̃d poterat vſq̨ ad nuditatẽ
ſuam eis erogabat. qui intiĩ eum dilige
bant & ſequebant̃. vt ſi quis ſanctũ eligium que
reret. ad domũ vallatam paupibus mitteret̃. qua
dam die duȝ ꝓpria manu elemoſinã daret vn⁹ eo
rum contractã habẽs manũ. alterã ad elemoſinaȝ
extẽdit. cui eligi⁹. alterã inquit tende. quã cũ pro
poſſe extẽderȝ cepit eã palpare & extẽdere & ſic
eam oleo vngẽs ſanauit. Quadã etiaȝ die cũ totuȝ
aurum & argentũ ſuũ paupib⁹ erogaſſȝ. venienti
bus & alijs pauperibus nihil habẽs q̃d eis daret.
vnaȝ marchã auri quã a quodã vicino ſuo mutua
uerat erogauit. Et poſtmodũ veniẽtib⁹ alijs. nõ
reminiſcens q̃d p̄us fecerat. iuit ad burſam ſuam
quã p̄us ſolicite ſcrutatus fuerat. & tunc inuenit
vnã marchã auri & laudans deũ paupibus eroga
uit. Erat aũt ſtatura ꝓlixus. facie rubicund⁹. ceſa
rie formoſus. crine circinatus. angelici vult⁹. ſim
plicis & prudẽtis aſpectus. aurato & gẽmato in
p̄mis habitu nitens. zonas habens comptas ex au
ro & gemmis ĩneas metallo rutilas. oras ſarcha
rum auro optas. veſtimenta oĩa p̄cioſa. pluraq̨
oloſerica. ob oſtentatõnem fugiendã. intrinſecus
aũt ad carnem ciliciũ. que oĩa poſtea in egentiũ
neceſſitatibus conſumpſit. deĩde villoſis veſtib⁹
vſus eſt. funiculo cinctus. plerũq̨ ꝓpter paupes
etiam expoliatus. Cui rex tunc dabat ꝓprium ve
ſtimentũ & cingulũ. quia ſicut aĩam ſuã ita illum
diligebat. a quo quicq̃d idem eligius poſtulabat
ſine dilatõne impetrabat & oĩa expendebat in
egenos captiuos & debiles LXXXVII

¶ De ꝓmotione eius in epiſcopatum & miracul̄

ATempe aũt brunichildis ſequentibus
regine vſq̨ ad t̄pa dagoberti ſimoniaca
peſtis in gallia viguit. ꝓ qua auferenda
tunc ſolicite inuigilabant eligius & audoenus.
tunc electus eſt eligius eccĩe nouiomenſi poſt a
charium eiuſdem vrbis antiſtitem. cum quo ꝑiter
electus eſt & audoenus ſodalis eius ad eccĩam
rhothomagenſeȝ Prefuit aũt eligius viromandẽ
ſi metropoli tornacẽſi quoq̨ quondaȝ regali ciui
tati nouiomẽſi quoq̨ & flandrẽſi gandẽſi & cor
tuariacenſi Habebat aũt ſtatutum locum in quo

certis quibuſqꝫ diebꝰ egenos ac debiles intromit
tens deuote illis ſeruiebat· ſqualētia capita illꝰ la-
uans· ac deformē ceſariem manu ꝓpria radēs po
tuꝫ ſingulis & cibū ꝑbens· nudos veſtitos dimit
tens· quibus exeūtibus alios ſi adeſſent intromit
tebat· quos ſilr̄ refouebat· Qḋ ſi plurima tur
ba confluerit aliq̄n cūctis ſilr̄ faciebat· ſingulꝰ
aūt diebus xij· ſic reficiebat· ipē cum eis hora con
grua cōueſcēs· ita tamē vt ꝑus ſingulis aquā maī
bus funderꝫ· vinū & panē manu ꝓpria ꝑberet· ꝑte
ria obtinuit apud regem· vt oīa damnatoꝝ cor
pora vbicunqꝫ inuenire poſſet ꝑ villas vel ciuita
tes· licentiā haberꝫ de bargis rotis & laqueis de
ponere & ſepelire· Delegauitqꝫ ex collegis ſuis
viſpiliones qui huic cure inſiſterēt· Igiť cum eēt
in comitatu regis in ꝑtibus auſtrie· apud vrbem
ſtratoburgo· inuenit hoīem ipo die laqueo vitaꝫ
finiſſe· cui dū ſepultura a comitibꝰ pararet· acceſ
ſit & ipē propius & cepit palpare corpꝰ a ſūmis
vſqꝫ ad yma mulcendo· Cunqꝫ ſenſiſſꝫ adeſſe aīaꝫ
vrbane virtutē facti a ſe repellēs dixit· O ꝙ grā
de ſcelꝰ niſi dn̄s adiuuiſſꝫ nūc ꝑpetrare poteramꝰ
vt corpus hoc humo tegeremꝰ· cū aīma eius ī ipo
ſit· quē reſuſcitatū iuſſit veſtiri & repauſare· quo
audito· inſectatores iteꝝ eū ad mortē petebant·
quē vix ab eoꝝ manibꝰ eripuit· & ſe ab eius col
legio ſubtraxit ꝓpter vitandā gloriā· & cartam ſe
curitanā apud regē impetrauit ꝓ eo· In dyoceſi
eius q̄dam p̄ſbiter nimis infamis erat· Quē cū ſā
ctus eligius freq̄nter corripet· & ad cōfeſſionem
modis oībus inuitarꝫ· ille ſemꝑ crimen ſuū tege
bat· Tunc ſanctꝰ eligius vidēs ꝙ nihil ꝓficerꝫ eū
excōicauit vt quouſqꝫ publice peniterꝫ· nullo mō
celebrare p̄ſumerꝫ· Preſbiter vo negligens· & epī
ſententiā ꝑuipendēs· poſt aliquot dies cū vellet
celebrare & altari inſiſterꝫ· ſtatim ad terrā cecidit
& expirauit· Multa aūt & alia miracula ī vita fe
cit et adhuc facit LXXXVIII ¶ De geſtis
eius circa eccleſias & ſanctoꝝ reliquias·

EDificauit in nouiomo monaſteriū ancil
larum chriſti Corpꝰ ſancti quītini mar
tiris reuelauit per eum dn̄s· Sueſſionis
quoqꝫ inueīt ſāctos martires germanos· criſpinū
& criſpinianū· quos ex quadā cripta ꝓlatos miri
fice cōpoſuit· Sꝫ & in beluacēſi municipio beatuꝫ
martirē lucianū quōdam collegā ſācti quintini in
uentū ſilr̄ trāſtulit atqꝫ ꝯpoſuit· apud ꝑiſiꝰ ec
cā illumīauit in pōte· Rurſus apud ꝑiſius cuſtos
ſancte colūbe· nūciauit ei ecclām ſuā oīni ornatu
ſuo nocte a furibus fuiſſe ſpoliatā· tūc eligiꝰ per
gens ad oratoriū ſācte columbe ait· Audi ſancta
colūba q̄ dico· Nouit redēptor meus· niſi cito or
namēta huiꝰ tabernaculi furata reduxeris· ſpinis
allatis faciam ianuaꝫ ita obſerari· vt nunq̄ꝫ tibi in
hoc loco veneratō ꝑbeať ab hodie· quo dicto diſ
ceſſit· Sequēti die cuſtos maturiꝰ ſurgēs· inuenit
oīa vela vſqꝫ ad mīmā pallā ſicut ꝑus fuerāt re
ſtituta· Hec ſunt aūt ſepulcra· q̄ auro argento &
gēmis fabricauit· germani· ſeuerini piatonis· quin
tini· luciani· genouefe· colūbe· maxiani· & iuliani·
& p̄cipue beati martini thuronis· dagoberto rege
impēſas ꝑbente· necnō & tūbam ſācti bricciōis
& aliam vbi corpꝰ beati martini diu dū iacuerat &
māſeolum ſancti dyoniſij martiris ꝑiſius ciuitate
& thuguriū ſuꝑ ipm marmoreū miro ope auro et
gēmis· Criptā quoqꝫ & ſpēs de fronde & axes in
circūitu throni altaris auro operuit· Mortuꝰ eſt
aūt āno vite ſue· lxx· Qui cū anno reuoluto de lo
co ſuo trāſferreť· ita pulcer & incorruptus inuen
tus eſt· vt ſemꝑ vixiſſe in tumulo putareť· & qḋ
mirabiliꝰ eſt· barba & capilli tēpe obitus ſui raſi·
mirū ī moḋ creuiſſe ī tumulo videbanť ¶ Actor
Nūc de inuentōe ſancti quītini qḋ hucuſqꝫ diſtu
limꝰ ꝓſequamur· LXXXIX· ¶ De trāſlatō
ne corpis ſancti quītini martiris· ¶ Ex libro trā

CLericꝰ q̄dam nomīe maurīnꝰ ¶ ſlatōis·
ſepiꝰ iactitare ſolebat ſe & martiris lo
cum noſſe· & illū ſine nutatōe inuenire
poſſe· Qḋ cum auditoribus ꝓbare geſtiret· facti
ſui ꝑiculū aggreſſus eſt· ſūptoqꝫ ligone· dū paui
mentū baſilice martiris violaē p̄ſumpſit· maūbriū
ligonis infixū ſuis manibus adheſit· qḋ cū nec di
mitti nec auferri poſſꝫ· ceperunt manꝰ ꝯputreſcē·
vermibuſqꝫ ſcaturire· q̄ pena multatꝰ· ſeq̄nti die
miſerabiliter defecit· hinc tātus pauor in cunctis
excreuit· vt nemo poſt hunc quāuis probatiſſime
fuit vite p̄ter ſāctum eligiū nouiomenſem epiſco
pum hmōi negociū temptarꝫ p̄ſumere Is q̄ppe pō
tifex ſcūs p̄fati martiris locū cepit freq̄ntaē· Vn̄
& diuīa doctꝰ reuelatōe triduanū ieiuniū cuꝫ la
crimis pagens· & attentiꝰ orans· in loco vbi de in
uentōe corpis ſuſpicō nulla eſſe poterat· ſāctis
maībus ſarculo effodē cepit· ibiqꝫ tūbam veterri
mā tegentē corpꝰ ſacrum inueīt· Quo terebrato·
tantus odor padiſi cū immani lumine ex eo ꝓdijt
ꝙ etiam ipē pōtifex ꝑ ſplēdore luminis & fragrā
tia odoris amētatꝰ vix ſubſiſtere potuit· Nam et
globus lumīs q̄ ex mauſoleo ictu ferētis ꝓdijt·
tam īmenſū ſplendorē edidit· vt nocteꝫ illā valde
tenebroſā q̄ iam media tranſacta erat ꝑ plurimaꝫ
prouincie partē in claritatē diei verteret· Vn̄ mul
ti de ſtratis ſuis conſurgentes ad opꝰ ſeruile ſic
in die ex more ire feſtinabāt· ſꝫ procedēte tēpe cla
ritatis q̄ ꝓ re ſignifera fulſit dato ſigno receſſit·
Tūc ſanctꝰ eligiꝰ corpꝰ ſacrū cū gaudio lacrima
bili deoſculās· reliq̄as ſibi vndecūqꝫ voluit ſegre
gauit· ex q̄bus etiā multa loca ꝯdiuit· medelāqꝫ di
uerſis morbis eas impēdendo ꝑbuit· dentes etiam
ꝓ medela languentiū ex maxilla abſtulit· qḋ dum
facerꝫ ex radice vniꝰ dentis gutta ſāguīs exiuit·
deinde corpꝰ ſanctū cū diligētia ſūma oloſerico
obuolutū· retro altare trāſpoſuit· tūbamqꝫ ex au
ro et argento ac gēmis miro ope deſuper fabrica
uit· eccleſiā quoqꝫ q̄ exigua erat āpliatā decorauit
XC ¶ De miraculis ꝑ eundē martirē oſtēſis·

LAtro q̄dam equū p̄ſbiteri cū furtim ab
ſtuliſſꝫ inuentꝰ a p̄ſbitero iudici maīfe
ſtať· a ꝑprehenſuſqꝫ et vinctꝰ opus ſuū
cōfitens· patibulo diiudicať· Sꝫ p̄ſbiter metuens
ne ob damni ſui cauſā aīma hoīs auferreť· iudicē
dep̄catꝰ eſt· vt ꝯceſſa illi vita reus abſolueretur
dicens ſibi iam eē ſatiſfactū· ꝙ ꝑ tot gn̄a tormen
toꝝ latro q̄ geſſerat declaraſſꝫ· Seueritas autem
iudicis nullis p̄cibꝰ inflecti potuit· ſed reum pati
bulo iudicauit· tūc p̄ſbiter ꝓſtratꝰ ab beati marti
ris tumulū· ſupplicitér eū p̄cabať· vt paupem illū
quē aſperitas humane neq̄cie abſoluere renuit· ipē
de morte clementer eriperet ne ſibi hoc in oppro
briū fierꝫ· ſi ꝑ eiꝰ accuſatōneꝫ homo moreret· hoc
eo cū lacrimis dep̄cante· diſruptis vinculis pati
buli· reus ad terrā ruit· qḋ audiens iudex timore
ꝑterritꝰ· et diuīnā admirāſ virtutem· nihil ei vltra
nocē p̄ſūpſit· hoc narrat gregorius thuronenſis·
Fuit quidā nobilis et diues nomīe mulericꝰ· qui

per ſupbiã & morum imtēperantiã deum offen
debat. ſed eũ ſanctꝰ quirinꝰ ſepe admonēs in ſō-
nis eius ꝑtinaciã redarguebat. Qui cũ nollʒ acqeſ
cere monitori. qdam eũ nocte verberibꝰ attigit.
ipamqȝ cedē vt omi ꝑplo oſtēderʒ pcepit. tūc ille
quãuis coactꝰ palã oibus vulnera oſtēdit. deinde
ꝯuerſus ab errore ſuo. multa donaria in eadē baſi
lica ꝯtulit. Alter falſus teſtis noīe bruinus ī rebꝰ
ipſiꝰ eccie beati martiris falſū ferebat teſtimoniū
volēs qndã ſiluã de predio nogariod penitus au-
ferre. quē ſanctꝰ martir in ſomnis redarguit. ap-
prehēdenſqȝ naſū eius falſatorē ꝓclamauit. ad qđ
dictū ipe expgefactꝰ. pedibus calciatꝰ cū facieʒ
ſuam aqua lauare deberet. accerſita ꝯiuge. cepit ei
explanare qđ in ſomnis vidiſſʒ. Vt aūt ꝑuentū ē
ad hoc qliter ipe martir naſum eiꝰ tenēs falſatorē
eū vocauit. extēta maū naſuʒ ſuū ceſū recepit. ſta
timqȝ in vaſe quo aqua de manibus eiꝰ diffluebat
cecidit. q̄ nimiū territus. ad palatium quo ipa die
ꝑ prefata ſilua deberʒ ire diſtulit. nec tñ hoc ſup
plicio coercitꝰ. inſup ob ſupbie faſtū aureum ſibi
naſum fabricare. cathenuliſqȝ aureis aptare cona
tus eſt. quē iterꝝ idem ſanctus viſu admonuit di
cens. Nōne tibi naturalē abſtuli naſum. vt te oīb-
bus mōſtrarē falſū teſtimoniū dixiſſe. Et nūc ob
ſupbiam auſus es aureū ſupponē. Vade nūc ꝓij
ce illū abs te & cūctis inoteſcere ſtude te falſuʒ
teſtimoniū ꝓtuliſſe. Ob indiciū ergo fidei naſus
ipe ex auro multis diebus ad meōriã futurorꝝ ibi
dem ſeruatꝰ manſit.

XCI. ¶ De ſancto an-
doeno rhothomagēſi & bonis eius initijs. ¶ Ex
geſtis eius.

SAnctus vo andoenus
quōdam opido ſueſſionico noīe ſancia
co ortus. cū duobus fratribꝰ adone &
radone. ſancto colūbano a matre ad bñdicendū ē
oblatꝰ. Qui futurorꝝ pſcius infantulos bñdixit.
eoſqȝ futuros & chriſtiane religionis virtutibus
eximios. & honoribꝰ ſeculi claros. ſpiritu ꝓpheti
co pdixit. nec incaſſum. Mox em̄ vt pubeſcē cepe-
runt. pmū lothario regi deīde dagoberto in cun
ctis gratiſſimi inuēti ſunt. deniqȝ pmogeitꝰ noīe
ado mundū ſpnens. moāſticam vitã petijt. Rado
vero theſaurorꝝ regaliū ꝓcurator effectus. iuſto
eoſ ordine diſpēſauit & cuſtodiuit. Sanctꝰ vero
andoenus q̄ & dado. ſigillū vel anulū regis cuſto
diebat. ad cuiꝰ nutū cuncta palatina negocia ge-
rebant̄. Regeʒ quoqȝ aſſidue hortabat̄. vt regem
oīm chriſtū ſine quo nullꝰ regnat pie colerʒ. ſubie
ctorꝝ ſibi ꝑplorꝝ ſocium magiſq̄ dn̄m ſe putaret.
ſubditis pceret. ſupbos debellaret. Tunc etiã ſan
ctus eligius mirãdus virtutibꝰ in aula regis ful-
gebat. hijſqȝ duobꝰ cor vnū & aīma vna erat. A
quibꝰ cūcti francorꝝ ꝓceres ſumebãt exēpla chri
ſtiane religioīs & hauriebant monita doctrine ſa
lutaris. Hij ſub habitu ſeculari militabant eterno
regi. Itaqȝ ſanctꝰ andoenꝰ ſepiſſime veſtibꝰ pre
cioſis. & aureo pcinctꝰ baltheo foris vtebat̄. &
ſubtus cilicio caro tegebat̄. Perſiſtebat infatigabi
liter in oratōibus. in ieiunijs. vigilijs. & diuina le
ctione in pauperꝝ infirmorꝝ miſterio. & hoſpituʒ
ſuſceptōe. in ꝓprio quoqȝ patrimonio moāſteriuʒ
ꝯſtruxit. quod & poſſeſſionibꝰ opimis & ornam̄
tis eccliaſticis. & libris ac diuerſis rebꝰ ad dei ſer
uitiū ꝑtinētibus deuotꝰ impleuit. Ibiqȝ ſanctorꝝ
moāchorū multitudinē ꝯgregauit. eiſqȝ ſanctum
agilū ex ſācti colūbani diſcipulꝰ abbateʒ pphpoſuit.
Cum & ipe vellet abiectis ſeculi dignitatibꝰ ſoli

deo. in moāſterio ſeruire. reſiſtebat rex & optima
tes eiꝰ dicētes eum potiꝰ vtilitati plurimorꝝ debe
re ꝯſulere. qȝ ſue tm̄ ſingularitati ſatiſfacē. deniqȝ
iuſſu regali multiſqȝ religioſis ſuadētibꝰ tonſurã
clericatꝰ accepit. vno eodē tempe viro dei eligio
comã deponente.

XCII. ¶ De electōe eiꝰ &
pegrinatōne & reditu.

INterea defuncto ſācto romano rotho
magēſi epo. ſanctꝰ andoenꝰ oīm ꝯſenſu
eligit̄. & licet humiliter renitens in cathe
dra cōſtituit̄. qui etiam ſciens ſub quanto piculo
neophitus ordinet̄. non ſtati ſacrū ordinē ſumere
pſumpſit. ſʒ relicta ſede ad predicandū verbum
dei gentibꝰ lōge poſitis exul efficit̄. Cunqȝ in hiſ
panijs reppiſſʒ ꝑplos nimia ſiccitate iam diu labo
raſſe. iam em̄ ſeptē ãnos abſqȝ pluuia trãſierant.
ꝓſtrauitqȝ ſe in oratōe. Stati tanta pluuie abūdã
tia ſequit̄. vt priorē penuriam recōpenſare vide
retur. Confortato igit̄ hyſpaniarū ꝑplo fide. ver
bo miraculo. reuertēs ad ſedem ꝓpriam. ī andega
uenſi regione qndaʒ paupculū obuiū habuit. qui
cū dn̄ica die contra vſum eccliaſticū opus ſeruile
exerceret. & in mola farinã conficeret. manū qua
molam rotabat aridã ſubito & ſibi inutilē offēdit
nam & pollex ad ſupiora manus ita aſtrictus eſt
vt ſanguis in ipa figura pollicis exiret. ipm lignū
quo mola rotabat̄ inter pollicē & palmã tam ſtri
cte tenebat̄. vt auelli nullatenꝰ poſſʒ. ꝓcidens er
go paup ad genua ſācti miſeriam ſuã deplorat &
reatum ſuū cōfitet̄. At ille ſignum crucis maū eiꝰ
impſſit. & ꝯſuetudini priſtine deſeruire precepit
paupculū admonēs dn̄icis diebus & feſtiuis ma
gis ad eccleſiam venire & verbum dei audire q̄
molam rotare. aut vllum opus ſeruile exercere ſi-
ne ſumma neceſſitate. Cum itaqȝ rhothomagum
perueniſſet. ſub vno die ordinati ſunt pariter an
doenus eiuſdem vrbis epiſcopus. Suſcepto igi
tur epiſcopatu multis virtutibus claruit. corde
humilis. vultu grauis. doctrina pcipuꝰ. deuotōe
armatus. in colloquio ſapiēs. in cōſilio prudens.
in corrigendo vehemēs. in diligēdo ardens. in ad
uerſis patiēs. abſtinētie rigorē ora pallida demō
ſtrabãt. maxille lacrimis humecte cōtritōem cor
dis iudicabãt. lactea colla circuli ferrei premebãt
ventrem & brachia ferrū eque ꝯſtrīgebat. ipſius
etiam lecti cōgeries. nō ex mollibꝰ plumis pictis
ve tapetis. ſed ex aſpis conſtruebatur virgultis.
Et ſepiſſime ī cubiculo lux immēſa celitꝰ emiſſa
a diſcipulis eius viſa eſt. voces quoqȝ angelice cū
eo colloqntes audiebant̄.

XCIII ¶ Iterū de
miraculis eiuſdem

INterea vuannigus qdam diuitijs & ſe
culari dignitate prepollēs. iudicio dei
morbo percuſſus acerbo. in extaſi men
tis iam pene mortuꝰ rapit̄. multaqȝ īfernalis ſup
plicij tormēta cōtemplant̄. ſʒ a beato andoeno vi
ſitabat̄. qui oratōem fundēs bñdictōem ſup eum
dedit. eumqȝ pſtine ſanitati reddidit precipiēs vt
illum locum in quo iacebat deo cōſecraret Et ne
tanti pontificis admonitō caſſa fieret iterū mone
tur a beata eulalia. vt iuxta pontificis iuſſionē in
eodem predio q̄ vocat̄ fiſcãnꝰ vbi dudum iacue
rat. cenobium conſtrui faciat. & vt in hoc mūdo
adhuc. xx. annos habere debeat meruit audire.
Quodam tempe cū vir ſanctꝰ prochiã ſuam pre
dicãdo luſtraret. & ꝑ locum qui nunc crux chri
ſti ſancti andoeni dicit̄. iter ageret. curru ſedens

nõ em̃ iam nimio ſenio feſſus equõ vehi poterat·
muli qui currũ trahebãt ſubito ſubſtiterũt quos
auriga ꝑcutiens nullaten⁹ a loco auellere potuit·
Sentiẽs aũt vir dei nutu dei aĩalia manere ĩmo
bilia· extemplo oculos ad celũ reflexit· ac vexillũ
crucis amplo ſplẽdore micãs aſpexit· cunq; ſpũ ſi
bi reuelãte intelligerꝫ· ꝙ eundẽ locũ ad ſibi ſeruiẽ
dum dñs elegiſſꝫ· ſubito cõuerſus quẽdam arantẽ
vidit· cui⁹ ſtimulũ ſumẽs ſignũ crucis exꝓſſit· ea
q; defixa in terra· ſanctoꝝ etiã reliquijs ſuppoſi
tis diſceſſit· cunq; ſol occũberet· colũna ignea in
ipõ loco ꝑ totam noctem viſa eſt· cui⁹ ſplendor
ſolis claritatẽ vincẽ videbaẽ· & a totius ꝓuĩtie
hoĩbus cernebaẽ· Itaq; confluebat illuc multitu
do ꝑploꝝ· dño vota ſua offerentiũ· ibiq; diuerſis
languorib⁹ detenti ſanabanẽ· Illic igiẽ beat⁹ leu
fredus ecciam cõſtruxit· q̃ dedicata eſt in honore
ſãcte crucis & ſancti andoeni põtificis· ibiq; mł
titudo monachorum regulariter vſq; hodie deſer
uit deo. Alia vice trãſiens vir ſanct⁹ iuxta inſulã
beluonicã· accedẽs paululũ ſe dixit requieſcere vel
le in loco diuino vtiq; admonitus oraculo· cũq;
ſopore teneẽ· ãgelicis alloquijs fruiẽ· & in eodem
loco baſilicã ſãcti ſtephani ꝓthomartiris vt edi
ficet ꝓdoceẽ· Accerſito itaq; auſberto qui tũc fo
tinelle cenobio abbas p̃erat· in cui⁹ territorio idẽ
locus eſſe videẽ· hoc negociũ patrandũ imꝑſſit·
idem apoſtoloꝝ limĩa rome viſitãs· ſingul' apoſto
loꝝ & martirũ meõrie ſe ꝓſternẽs tam ꝓ ſe ꝙ ꝓ
pace eccie p̃ces obtulit· lacrimas tñ magis ꝙ ver
ba fudit· Deniq; ad cõfeſſionẽ beati petri apoſto
li cum hũc verſũ inciperet· exultabũt ſãcti in gloria
diuinit⁹ reſpõſum eſt· letabũtur in cubilib⁹ ſuis·
qui cũ ꝑ· xj· ãnos iam mutũ obuiũ habuit· cui⁹ ca
piti ſignũ crucis imꝑſſit. & linguã tacentẽ loqui
cõtinuo fecit· Exinde populis ꝑ̃us diſcũbẽtib⁹ pa
cis federe ſociatis ad vrbem virdunenſem venit·
vbi cũ ecciam ingrediẽ· mulier q̃dam a ſpũ immũ
do vexata· frẽdenſq; dentibus viꝝ dei rapido cur
ſu ĩuadere nitebaẽ· q̃ caput e⁹ maũ ſtrixit· & ilico
demonẽ eiecit· ſanãq; ꝑentib⁹ reddidit· xlnij· ãnis
ecciam rhothomagẽſem rexit· & · xc· habẽs annuꝫ
ad deum migrauit· nj· noñ· maij· ipſiq; ſacratiſſi
mũ corpus tam alienũ inuentũ eſt ab omĩ corru
ꝑtõne ꝙ primũ viuẽs decoratũ eſt virginitate·

XCIIII ¶ De ſãcto philiberto abbate·

¶ Ex geſtis eius·

SAnctus quoq; philibertus cũ eſſꝫ bone
ĩdolis adoleſcẽs regi dagoberto nũcia
tus· aduocaẽ in palatiuꝫ· receptuſq; in
ordine nobiliũ· adeptus ẽ ãdoeni optimatis ꝯſor
tium· q̃ ſub aureo baltheo deũ valde diligẽs poſt
modũ p̃ſul gẽtib⁹ vite meritis cathedrã ſubijt ro
thomagenſiũ ciuitatis. Cũ aũt eſſꝫ philbertus ãno
rum· xx· diuina p̃cepta audiẽs elegit chriſti diſci
pul⁹ fieri Agnitoq; dei milite agilo q̃ p̃erat reſba
cenſi cenobio· illuc veniẽs comã depoſuit omibuſ
q; ſuis in elomoſinas erogatis iugũ chriſti ſuaue
ſuſcepit· vbi cũ multo religionis & abſtinẽtie cul
mine excreſcerꝫ· ita vt viris ꝑfectiorib⁹ imitabil'
fieret· ãtiquus hoſtiſ inuidẽs pulſaẽ ei⁹ aĩm cepit
vt ãplioꝛa edulia ſumeret· ſꝫ dei nutu detect⁹· vi
ro dei ꝑ ſomniũ eſt oſtẽſus· nã cum quadã nocte
fuiſſꝫ cibo refect⁹ ille ventrẽ ei⁹ palpare cepit &
dicere· Modo hic bene· Tũc ille inimici iacula co
gnoſcẽs· rigorem abſtinẽtie cepit triplicaẽ· & cõ
tra arma tirãni dei auxiliũ imploraẽ· Cũq; ſingul'
noctibus ecciam frequẽtaret· in trib⁹ ſe ꝯtra ipm
temptatõib⁹ dir⁹ anguis erexit· Nam vrſi ſpecie
eũ intra ecciam tẽptauit primũ terrere. & nocte
alia de ferro cãdelabri viſus eſt eũ trãſfigere· &
nocte tercia hoſtiũ eccie expãſis brachijs voluit
ꝓhibere· Sꝫ omĩa ei⁹ machinamẽta philibert⁹ ex
pulit virtute diuina ꝑ ſancte crucis indagia· Cuꝫ
ãt beat⁹ agil⁹ obijſſet in xp̃o· fratrũ cõſẽſu phili
bertus regiminis curã ſuſcepit· cepitq; domum ſibi
traditã ſtrenue gubernaẽ· nulli⁹ ꝑſonã accipe in
uenta vicia radicit⁹ extirpare· tũc q̃dam e fratri
bus aſſumpta rebellione· ſãctum dei de eccia pre
ſumpſerũt extrahere· Sed vltrix man⁹ dñi hoc ĩ
punitũ non ꝑtulit· Nam vn⁹ ex eis ictu fulguris
interijt· alius etiam more arrij in ſterq̃liniũ omĩa
inteſtina ſua depoſuit· indignãq; vitã digna mor
te finiuit· reliq̃ timore ꝑcuſſi· veniam petẽtes eũ
ſtuduerũt reuocare. & deinceps cuꝫ caritatis ſtu
dio obedire· cũq; deus in corde ei⁹ potuiſſꝫ· vt ex
ꝓprio labore templũ dño fabricaret· a rege franco
ruꝫ clodoueo & bathilde regina· ſuggeſtione ſup
plici· locũ in pago rhothomagẽſi gemeticũ appel
latum obtinuit· vbi nobile cõſtruxit cenobium·

XCV ¶ Adhuc de miraculis eiuſdem·

CVm aũt ꝓ cauſa moãſterij ad ebroinuꝫ
francoꝝ p̃ncipem vellet quẽdam mona
chũ deſtinare· inueniẽs eũ valida febre
ꝓſtratum· iniũxit ei cauſã obediẽtie ĩ virtute xp̃i
vade ĩquiẽs & reuertere & ampli⁹ noli febricita
re· q̃ ſtatim ſanuſ effect⁹ iuſſa cõpleuit· Sicq; ſer
mo viri dei & cauſã obtinuit & morbum fugauit
Aliq̃n ꝑiſi⁹ exigente cauſa diſcordie ꝑrexit pacẽ
reformare· obtento qđ voluit latro guantos eius
furari p̃ſũpſit· quos ille in craſtino nõ inueniens·
more ſolito patienciã tenuit· Sed infelix ille ꝑcuſ
ſus a dño· furtum qđ fecerat patefecit· ardere ſe
eiulãs clamabat & aliud loq̃ nõ poterat· niſi extẽ
tis brachijs ſinum cũ furto abſcõdito demonſtra
bat· illo morte multato· ciues ad ſanctũ cenobiuꝫ
reportauerũt· Quadã nocte cuꝫ in baſilica ſancti
petri vigilarꝫ & pſalleret· q̃dam monach⁹ qui ite
rius vigilabat· repente ꝯſpexit· & tanq̃ duas ful
gentes lampades occulos illi⁹ ĩ ſpũſancto micaẽ
ꝑuidit· Erat em̃ ei lacrimarũ vbertim grã ꝯceſſa.
Maximũq; illi ſtudium erat· vt antea cibuꝫ nõ ſu
merꝫ. q̃ eum dñs ꝑ cõpunctõnis grãm viſitaret.
cũ aũt vn⁹ ex monachis veiſſet ad extremũ mor
tis mutus effect⁹ eſt labijs· ad quã vir dei ingreſ
ſus· blandiẽs cepit ſuadere· vt ſi haberꝫ occultuꝫ
facin⁹ vñ penitentiã nõ egiſſet manũ eius ſtrige
ret· qđ cum ille feciſſet· vir dei ecciam ſancte ma
rie ingreſſus· cepit exorare dñm vt linguam egro
redderꝫ· ne ꝓ abſconſo cri mĩe aĩam ei⁹ in baratrũ
hoſtijs ſubmergerꝫ· cunq; de oratõne ſurgeret· ei
frater alius nunciauit ꝙ eger loqui poſſꝫ & cõfeſ
ſionẽ dare ſatagaret· qđ & factũ eſt· Nã cõfeſſio
ne data recepta penitẽtia· tradidit aĩam· Quadaꝫ
vero die dum meſſem fratres ſuccideret & mani
puli ſparſim ꝑ agros iacerẽt· tempeſtas frendens
intonuit· & ne labores fratres perderent· vir ſan
ctus extenſis brachijs dñm ĩclamauit· quo ab ora
tione ſurgẽte· diuina virtus tempeſtatẽ abſtulit
& in duabus ꝑtibus diuiſam effugauit· moxq; ſe
renitate reddita· monachos in laudis dei p̃conia
concitauit· Quedã religioſa femina ꝑinerno ĩ vil
la virum dei ĩ ꝓpriam ediculam recepit rogans eũ
vt cellarium ĩgredi & vas vinariũ qđ tõna diciẽ

bene dicere· & in eadem domo refectōne ꝑata di
gnaretur ea nocte cōmanere· Quo obtento cum
in honoꝛe ſancti cūcti habitatores vel etiā hoſpi
tes domꝰ illiꝰ fuiſſent largiter ꝓpinati· illo matu
rius diſcedente· ꝑdicta femīa īgreſſa cellariū ita
vas ipm̄ reppit plenū· ac ſi ex eo nihil fuiſſet expē
ſum· Cū aūt viroꝝ creuiſſet ī moāſterio multitu
do· cōſtruxit femiaꝝ moāſteriū noīe pauliacum
decē miliaribus a gemetico ſequeſtratū· Tandem
flentibus ꝑplīs· gaudentibꝰ āgelis· aīma ſācta de
mūdi ludibꝛio migrauit ad chriſtū· xiij· kl'· ſeptēb·

XCVI· ¶ De ſancto richario pontmenſi·
¶ Ex geſtis eius·

Sanctus vero richarius natꝰ eſt ī villa
cētula ꝓuītie pontīe· q̄ de ruſtico fa-
ctꝰ ē vir religione notiſſimꝰ· cōuerſus
eſt ad magnā religionē ꝑ chaldocū ſacerdotē quē
de hibernia veniētē hoſpitō ſuſcepit· veſcebatur
pane oꝛdeacco cinere ꝯmixto· & aqua cū lacrimis
tempata· Leprosos balneis fouebat· & eadē poſt
ipos intrabat· ꝑdicauit in bꝛitānia· Rex dagober
tus eū viſitās· oꝛatōibus eiꝰ ſe ꝯmēdauit· quē ipe
famulꝰ dei vtriqꝫ & ſanctitatis ſue bn̄dictōe ro
boꝛauit· & ſacerdotali autoꝛitate libera voce ca-
ſtigauit· denunciās ei ne in ſeculari ſupbiret potē
cia· ne in fugitiuis ſparet diuitijs· ne etiam vanis
adulātiū extolleret rumoꝛibꝰ ſed magis dei time-
ret potētiā· illiuſqꝫ īmenſaꝫ laudarꝫ gl'iam & huā
nam potētiā· vel gloꝛiā nullā putarꝫ· q̄ ſubito ſic
ſpuma ſup aquā vento temptatōnis flante euane
ſcit· & hoc magis timendo cogitaret· qꝛ potētes
potēter tor·pa. & cui plus datᷣ· plus exigetur ab
eo· & cui vix ſufficit ꝓ ſe ſolo ratōꝫ reddere· quō
poterit pꝛo tantis milibꝰ ꝑplī ꝯmiſſis· qua caſtiga
tōe rex vt fuit ſapiētiſſimꝰ benigniſſime ſuſcepta
congaudēſ de eiꝰ libeꝛa veritatis fiducia. ſacerdo
tem chꝛiſti ſecum ad cōuiuia venire rogauit· q̄ vt
ꝑdicatōnis nanciſceretᷣ occaſionē· veīt cum rege
ad mēſam· totaqꝫ die illa & nocte inter epiſtolas
leticie verbi dei dapes ſalutiferas ꝯuiuis ſuis mi-
ſtrauit· Eximde ſanctꝰ dei q̄ ab homībꝰ veneraba
tur homīes fugere meditabatᷣ· Cui giſilmarꝰ vir
illuſtris & chꝛiſtiane religioīs deuotus amator.
ſimul & mauroncīꝰ nobilis q̄dam vir & terraruꝫ
vel ſiluarū ad regē ꝑtinentiū ſeruatoꝛ· ꝑbuerunt
locū manēdi in ſilua chꝛiſiacēſe· quā vir dei habi-
tatōem cū ſolo ꝯmilitone ē ingreſſus· ꝑuo tamen
thuguriūculo viliſſimo ope facto cōtentꝰ· vt ha-
bitatō vite ꝯueniret· At mihi tāta ſe mortificatō
ne carnis caſtigauit· vt vix oſſa arentia diſſipatis
ꝯiuncturis adhererēt· & tremētia baculo regente
veſtigia difficile mouerꝫ· ac mēte ſeculo maioꝛ ſo
la celeſtia ſemꝑ cogitarꝫ· illū quotidie vincens in
heremo· a quo adam olī nectus eſt in ꝑadiſo· Nec
clauſa heremi āguſtia· lucis colūna latere potuit
q̄n magis ſui fulgoꝛis radijs lōge lateqꝫ innotuit
quaꝓpter vndiqꝫ ad hoīem dei diuerſi fatigati in-
firmitatibus ꝯfluxerunt· quos ſanctaꝝ medicinis
oꝛatōnū ſanauit· omēſqꝫ ad ſe quocūqꝫ moꝛbo af
flictos veniētes vel triſticie cuiuſlibet rancoꝛe an
guſtiatos· ſanos & hilares domū remeare fecit·

XCVII ¶ De obitu eius & miraculis ſeq̄n-
tibus·

Preſcius diei euocatōnis ſue· dum ſalutifero coꝛꝑis chꝛiſti & ſāguis
viatico ſuū iter muniuit· inter gratiaꝝ
actiōēs & verba oꝛatōis ſpiritū emiſit. poſituſqꝫ
ē in ſepulcro a diſcipulo in loco vbi ipe ꝑceperat
Sed mirū dictu inter exequias paternas ſubito
diſcipulꝰ ſopoꝛe oppꝛeſſus· vidit ī viſu q̄ſi raptꝰ
eſſet in aulā ſplēdidiſſimā· omīqꝫ decoꝛe pulcerri-
mā· ymo viſibili luce clarioꝛē· In qua beatuꝫ richa
rium ꝑclaro & hilari vultu vidit habitātē· ſibiqꝫ
loquentē· Ecce frater ſigobarde q̄lem manſioneꝫ
ꝑparauit mihi deus· ꝓ vili quā habui ī terra pulcer
rimā in celo· pꝛo ꝯtēptibili gloꝛioſam ꝓ obſcura
luciddiſſimā· & ꝓ fumoſa omī ſuauitate renitentē·
qui euigilans letioꝛ opꝰ exequiarū ꝑfecit· deo ꝓ
uidente vt filiꝰ conſolaretᷣ & patris gloꝛia oſten
deretᷣ· Nō multopoſt fratres a cētula moāſterio·
cum ſancto abbate ocialdo viro religioſo etiaꝫ &
ſucceſſore venerunt· & coꝛpꝰ ſancti richarij tule
runt & poſuerunt in loco quo & nunc cū magna
meritoꝛum gloꝛia requieſcit· ibiqꝫ ꝑſtante deo ꝑ ſer
ui ſui reliquias noua ſepius audiuntur miracula
geri· Quidā igitᷣ ꝯtractuſ· coꝛpe debilis· ſꝫ fide ro
buſtus· freq̄ntabat oꝛando ſancti dei ſepulcrum
q̄ optatā ſubito ſanitatē recepit. Sed & multi de
moniaci ad coꝛpꝰ ſancti dei ſuoꝝ obſequio dedu
cti liberabantᷣ· Quodam v̇o tēpe vinculati & ca
thenati q̄dam ꝑ publicā ducebantᷣ ſtratā q̄ pꝛope
eccīam beati richarij iacet. q̄ dum eminus ad viri
dei venerunt templuꝫ voce magna clamare cepe
runt· ſancte richari ſolue nos· & ſtatī ruptis vin
culis ſoluti ſunt omēs· Item clades magna q̄ vo
catur panocula vl' venenoſa lacerta longe lateqꝫ
moꝛte amara habitatoꝛes interfecit terꝛe· & vix a
liquis ab ea tactꝰ viuꝰ euaſit ꝑcuſſuſqꝫ ea peſte·
q̄dam e fratribus ſancti richarij· qui licet moꝛteꝫ
timeret ꝓpter cladem· vitaꝫ tn̄ non deſperauit ꝓ-
ꝑter patronū· Et quaſi ad certa ſuffragia comitā
tibus fratribus cucurrit ad ſepulcrū ſerui dei ibi
qꝫ ꝯmuiter oꝛatōe facta & ipe liberatꝰ eſt a mor
te· & omēs defenſi ſunt a plaga· nec aliquis ex ill'
fratribus moꝛtifeꝛa cladiſ illiꝰ vaſtatōe ꝑcuſſus ē
Huius natale celebꝛatur quarto kl'· maij

XCVIII ¶ De ſancto geremaro abbate
flauiacenſi· ¶ Ex geſtis eius·

Sanctus quoqꝫ geremarꝰ villa guaran-
dꝛa q̄ ſita eſt in ꝯfinio beluacenſiū ſupeꝛ
fluuiū itera oꝛtus eſt· Genitoꝛ eiꝰ noīe
rigobertꝰ· & genitrix illiꝰ nomīe aga ex gente frā
coꝛum nobili oꝛta· Et non erat eis filius niſi bea
tus geremarꝰ· Poſt quoꝝ moꝛtē magis ac magis
in chꝛiſti amoꝛe exardeſcēs· non ceſſabat ſubſtan
tiaꝫ ſuā erogare paupibꝰ· Suſcepit a beato andoe
no monachalē habitū & inſtructꝰ celeſtibꝰ diſci
plinis· miſſus eſt ī moāſterium pētalli vocabulo
nomīatū· Erat aūt in eodem monaſterio multitu
do magᷓ moāchoꝝ· Cui ſcꝫ ad regēd pateꝛ gerema
rus conſtitutꝰ erat· Fuerūt ibi nonnulli malicioſi
& impij· qui nolentes recipe ꝑdicatōem eiꝰ· cepe
rūt tractare de moꝛte ipius· Erat aūt illi ꝯſuetu
do ī ꝑmo galli cantu ad laudes dei ſurgē· & vſqꝫ
ad crepuſculum lucis in dei laudibus noctem ꝑui
gilem ducere· Completo aūt officio ſuo reuerteba
tuꝛ in doꝛmitoꝛiū· at illi ꝓterui cōſiliū inter ſe ac
ceperunt· ut cultellū ſub lectiſternijs ponerent·
ut ſāctus uir rediens ab eccīa ſup cultellū ſe cum
im petu coꝛꝑis inijcerꝫ· & ſic ſemetipm̄ īterficerꝫ
qd̄ & fecerunt· Manubꝛiū cultelli ſolo hefeꝛunt·
acumen v̇o ferꝛi nuduꝫ in aeris ſpaciū erexerunt.
Reuertens beatꝰ geremarꝰ ad lectū ſpūſācto ad
hoꝛtante· fecit hoc qd̄ ſolitus nō erat facere teti
git manu lectum· & circūducēs manuꝫ inuenit qd̄

erat abſconditū· Statimqꝫ ut ſēſit fraudem eē pa
tam ·relicto lectulo reuerſus ē ad monaſterium·
Et qḋ ſupererat noctis dei amicꝰ lacrimas fundēs
in himnis & laudibꝰ duxit & mane ṗmo rem q̄ ei
contigerat nemī indicauit· Tercia vͦo hora diei in
capitulo ante pedes oīm ꝓſtratus rogauit· vt a
paſtorali cura illum abſoluerēt· & meliorē quen
cunqꝫ vellent patrē ſuꝑ ſe eligerent· Illi aūt nole
bant·ſed magis ac magis petebāt vt eos nō deſe
reret. Pergēs ergo ad ſanctū audoenū. ſic allocu
tus eſt· Depcor te ſācte pater vt locū mihi ad ha
bitādum tuis ꝑcibus demōſtres· Cōfido etem̄ · ꝙ
deus te exaudiet· Tercia aūt nocte in ieiunijs &
orationibus poſitis apparuit ꝑ viſum vtriſqꝫ āge=
lus dn̄i dicens· Ite ad locū qui flauiacus nūcupat̄
& ibi inuenietis deſideriū veſtrū· mane aūt facto
retulit vterqꝫ qḋ viderat · Et grās agentes dn̄o
tendunt ad dn̄m Ecce aūt nebula deſcēdit de celo
& circūdedit totū locū vbi cōſtruendū erat moā
ſteriū· Et cū nebula ſuꝑna vox dicens·xl·āni euo
luti ſunt ex quo dn̄s hunc locū bn̄dixit & ſancti=
ficauit· & fideli ſuo geremaro deſtinauit · Cunqꝫ
obtutꝰ ſuos in aſpectu nebule defigerēt · ſtatim
ab aſpectibus eoꝝ ſublata ē· Ex eadem aūt nebu
la in circūitu loci q̄ſi q̄dam virga geometricalꝭ ros
totum locū circūdans remanſit· Beatus aūt ādoe
nus accipiens virgā in manu·ꝑ veſtigiuꝫ nebule
mēſus eſt plateā ī circūitu vbi eccīa edificaretur
vbi officine conſtruerent̄ & cetera moāchorū vi=
te vtilia· vt non eēt moāchis neceſſitas vagandi
foras· XCIX ¶ De ſācta angadriſma virgīe
¶ Ex geſtis ſancti auſberti·

Ancta quoqꝫ angadriſma filia fuit illu
ſtris roberti· q̄ generoſa ſtirpe ꝓditus
gerulus fuit anuli regis lotharij· Hanc
religioſiſſimā virgīnē illuſtris ſinuinuſ a ꝑfato ro
berto expetijt· volēs eā auſberto filio ſuo ſociari
Quo ſcꝫ roberto ꝑbente aſſenſum a caſto iuuene
caſta deſpōdet̄ & puella· Deniqꝫ ambo integrita
tem mētis & corpis caſte ſeruare cupiētes· depca
bant̄ dn̄m vt voluptatū venena a cordibꝰ eorum
dignaret̄ repellere· Deinde orāte beata angadriſi
na virgine· vt ſpecioſitas illiꝰ in deformitatē ver
teret̄ ·ilico dn̄s ꝑces eius exaudiuit· Nā facies eiꝰ
ita exulcerata ac immūdiſſima lepra coopta mox
apparuit vt a cōſortijs hoīm quicūqꝫ eā vidiſſet·
extemplo ſegregandā decerneꝛ Medicoꝝ deinde
cucurrit freq̄ntia· ſꝫ q̄nto inſtantiꝰ inſiſtebant tā
to chriſti ſpōſa deformior vlceroſior ve appebat·
Tum pater diuinitꝰ hoc fieri intelligēs· inq̄rebat
ab ea· verū in virginitatis voto vitā elegiſſꝫ diffi
nire· Opto īquit mi genitor. & totis niſibꝰ exoro·
Nā xp̄s quē concupiui ſponſum. ip̄e mihi hāc cor
poris infert moleſtiā· vt aīe tribuat nitorem· De
lectat hec vita pn̄s pater pie ſꝫ decipit· qꝛ oē qḋ ē
in mūdo ē vanitas· Hec audiens pater· illuſtrem
accerſiuit ſinuinū & q̄ circa ſuā filiā geſta erāt lu
cide pandit· Ad hec ſinuinꝰ reſpōdit· Voluntatē
dn̄i ī oībus ſeq̄ oportꝫ· neqꝫ eiꝰ nutui vllo modo
cōtraire velle· Vocatuſqꝫ affuit· & beatꝰ auſber
tus vbi & diſſociabilē cōdidit libellū· vt ſācta vir
go angadriſma nō ſua ſed xp̄i dn̄i vocaret̄ ſponſa
Hoc facto ad rhothomagū vrbem ſnacto antiſti
ti dirigit̄ audoeno· vt eiꝰ bn̄dictōe pcepta · & ſa
cro velaīe opta in virginitatis ꝓpoſito ꝯſecrari me
rēt̄· quo patrato ꝓſtini pulchritudī & ſpēi elegā
ti extēplo eſt reddita· ita vt cuncti auditoꝝ dice
rent· quia chriſtꝰ eā ſibi ſpōſam & famulā elegiſſꝫ
ꝑbēnē· deniqꝫ efficit̄ gubernatrix cenobij qḋ ſituꝫ
eſt iuxta muros vrbis beluaci· Erat aūt ſicut cete
ris ꝑlata· ita cunctis huilior· in veſtitu vilis· in ci
bo mediocris· ab infātia iugi oratōni dedita· pudi
cicia exornatiſſima· hilaritate cordis & corpis cla
ra· patientie virtute· claritatis obſeq̄o· elemoſina
rumqꝫ largitōibus abūdantiſſime cumulata· Hijs
ṽtutum ſāctaruꝫ opibus ordīnata· in medio ṽgi
num veluti lampas refulgebat accenſa. C·
¶ De ſpōſo eius auſberto poſtea rothomagenſi

Oſt hoc vir dn̄i auſbertꝰ ¶ archiepo·
in aula regis licet nolens a genitore per
ductꝰ ſicut erat acumīe ingenij clarꝰ ce
pit eē aulicꝰ ſcriba· doctuſqꝫ regaliū priuilegioꝝ
& gerulꝰ anuli regalis quo eadē ſignabant̄· Cum
vero corā rege & pncipibꝰ cōſueto more diuer
ſa muſice artiſ inſtrumēta in cordis & tibijs audi
ret pſonātia aiebat ſibi· O bone cōditor· quale erit
te diligētibus cāticum indeficiēs in celeſtibꝰ audi
re āgelorum· ſi tantam etiā mortalibus ꝑbes indu
ſtriā· vt ꝑitia artis ac ſuauitate cantilene ꝓuocēt
aīmos audientiū· Poſt hec factus ē moāchus in
fōtanelle moāſterio· vbi tunc ꝑerat bt̄us wādregi
ſilus· ꝓſbiter conſecratꝰ eſt a bt̄o audoeno· predi
dixit theodorico adoleſcenti ꝙ rex eſſet futurus·
Ad cuiꝰ ꝓphetie fidem ager in quo tūc erat · ſub
hyemali tempe viridē ꝓduxit herbā· ceteris agri ꝑ
tibus ꝑpetuo viridiorē· Poſt beatū wandregiſilū
qui fuit abbas annis fere· xx· electꝰ eſt lambertꝰ
tauernēſis· poſtea factꝰ eſt ep̄us lugdunēſis poſt
beatū geneſium· & beatꝰ auſbertꝰ tunc factꝰ eſt
abbas fontanelle· poſt beatū vͦo audoenū factus
ep̄us creuit gratijs· creuit metallꝭ· Quadā aūt die
expletis miſſarum ſolennijs cunctos ciues rotho
magenſes tā nobiles ꝙ ignobiles introduci iuſſit
ad ꝑparata ꝯuiuia· vbi cunctis diſpoſite recūbēti
bus ip̄e ad menſam paupuꝫ reſedit· cenſus qui de
villis publicis canonico ordine ad ꝑtem pōtificis
canonice ꝑſolui cōſueuerāt· ī reſtauratōe eccīaꝝ
ꝓſbiteris indulſit· dedit priuilegiū moāchis fonta
nellenſibus· vt ſemꝑ ex ſemetipſis abbatē eligerēt
In quo tn̄ priuilegio alligauit eos ſub vinculo ex
cōmuīcatōis· ſi vel ip̄i vel etiam poſteri eorū a re
gula ſancti benedicti deuiarēt· Quod priuilegiū
factum ē anno incarnatōnis dn̄i. dc· lxxxij · regis
theoderici· xvj· epiſcopatus beati auſberti· v· idi
tione· x· in urbe rothomago in ſinodo gn̄ali· Cor
pus beati audoeni trāſtulit in editōrem locum ec
cleſie ſancti petri in ſuburbano rothomagi & cō
didit ſuꝑ eius ſepulcruꝫ repam mire magnitudiſ
auro & argento & gēmis adornatā In die aſcen
ſionis domini· incuſatꝰ apud pipinū princīpē· iuſ
ſu eiuſdem deportatꝰ eſt in exiliū apud altū mon
tē· huiliter ſubiit nullo extāte crimīe Eo mortuo
cum ſudariū cera litum capiti eius imponeretur
uiſus eſt apuiſſe oculos· Lampas āte eiꝰ ſepulcꝝ
a fidelibus accēſa· inceſſanter nō ſolū ardebat ſed
etiā redundabat· ita ſub ea poneret̄ uas ī quo eiꝰ
redundātia refunderet̄· CI· ¶ De ſācto agilo
abbate reſbacenſi & bonis eius initijs· ¶ Ex ge

Orro ſāctus agilus quem ¶ ſtis eius·
monaſterio reſbacenſi a ſancto ādoeno
ꝑfectum fuiſſe ſupius diximus · filius
fuit agnoaldi viri nobiliſſimi ſigiberti regis con
ſiliarii puer bone indolis· queꝫ ꝓpter celeres mo
tus infantie ꝑentes agilum nomīauerūt· ac ſācto

columbano benedicendū obtulerunt · cuius bene
dictione percepta · tradit̄ puer euſtaſio ꝓbate re
ligionis viro ſacris literis erudiendꝰ · cū alijs no=
bilium filijſ · qui poſtea p̄ſules fuerūt · chalnoaldo
ſcʒ & walberto filijs hauguerici patrui eiꝰ · fratri=
bus ſcʒ ſācte phare · Quoꝝ alter luduno clauato
Alter vero meldenſis vrbis eſt ordinatus epus ·
Achario quoqʒ qui virmādoꝝ & nouiomēſis &
thornacēſiſ antiſtes fuit rignachario q̄ auguſtudi
nenſis pontifex · & audomaro q̄ taruuanēſis · Por
ro beato colūbano a theodorico rege de monaſte=
rio ſuo conſilio peſſime brunichildis expulſo · &
beato euſtaſio in locū eius ſubſtituto · eo tēpe pru
denti fratrū cōſenſu decretū eſt · vt ꝓbus agilus
ad eam dirigeret̄ · q̄ maxīe ea cauſa beato colūba=
no infeſta erat · quia femīarū acceſſum a monaſte
rio ꝓpellabat. & ſibi q̄ regina erat idem cōtradixe
rat · Itaqʒ ꝑgens agilus · cū nondū longe eſſʒ a mo
naſterio · ſupuenit cū impetu nepos wādaleni du=
cis cū ſatellitibus · qui ſub obtētu venātium acce=
pta religione · obſeruabāt exitus moāſterij more
latronū · Is extēſo brachio niſus eſt ꝑcutē virum
mitiſſimū · At ille ſubducto terrore vexillū crucis
oppoſuit · Moxqʒ brachiū illius obriguit · & ſicut
extēſum fuerat adeo inflexibile māſit · vt nemo va
leret gladiū de pugno eiꝰ educere · nec etiā ip̄e pe
dem de loco mouere. Obſtupefactis omibꝰ · infe=
lix ille q̄ digne torq̄batur ſingultibuſ lacrimoſis ·
vt ſui roboris ſeu doloris ſaltē miſereret̄ · capite
ſubmiſſo petebat · Vn̄ & ſanctꝰ agilus cōmotus ·
i ſolamē fidei oratōeʒ ſūpſit · deinde vt aridum bra
chium tetigit · cōtinuo p̄ſtinus vigor redijt Caro
tamē palme capulū ſicut inheſerat ſecuta ē · & ſan
guis ꝑ vngulas emanauit · Porro ſicut a domito
tūc q̄dam moāchο · ſed poſtea veſoncionēſi epo di
dici qui tūc adoleſcēs huic facto intererat · ſaliua
cum oratōe & ſigno crucis eandem palmā beatus
agilꝰ perūxit · & ilico caro cum pelle ſanitati re=
ſtituta ē · acſi nunq̄ corrupta fuiſſʒ · Preſumptor
aūt huius ſceleris penitudīe correptꝰ relicta mi=
litari toga · xp̄i amictu ſeſe veſtiuit & ī dicto mo
naſterio ſub ꝓfeſſione moāſtica deo militauit · Fa
ma igitur huiꝰ miraculi p̄ueniēs. regia iam imple
uerat menia · & p̄clarus agilus eoꝝ cōſpectibꝰ ſe
p̄bet. ſupplicatōes fratꝛuʒ ingerens · Tū ambo re=
pēte rex ſcʒ & regina cōtriti · humo corā veſtigijs
illius procumbūt · & indulgentiā ſup temeritate
quā ſanctis viris ingeſſerant petūt. CII

De miraculis & ꝓmotōe ipſiꝰ ī abbatem

Oſt hec lotharius in ſolio triū regnoꝝ
ſublimatꝰ · decreuit ſinodica diffinitōe
viros ꝑitos dirigere · qui vicinas gen
tes ab errore reuocarēt. Ex multoꝝ igit̄ epoꝝum
& ſacerdotū cetu ad opꝰ p̄fatum eligit̄ prudētiſ
ſimus agilꝰ · ſimul & abbas euſtaſiꝰ · Qui egreſſi
multos ad fidem chriſti ꝯuertūt · In ip̄o itinere ſā
ctus agilus miraculis claruit · Nam & demonia
cum verbo curauit · & ſadabergā virgīnē lumībꝰ
orbatam · oleo bn̄dicto oculos eiꝰ ꝑungēs · & cru
cis ſigno muniēs illumīauit · ſibi quoqʒ ip̄i cū vali
diſſima febre ignea ꝑfuſus eſſʒ. ita vt pene ſpiri=
tum exalaret · ſanitatem a domino impetrauit p̄ci
bus · Expleta nāqʒ oratōe · feſſa mēbra & eſtuātia
ſopor occupauit · Ac ſemiuigilās · aſtare ſibi p̄cla
rum iuuenē vidit · q̄ poſuit manū dexterā ſup pe
ctus eiꝰ · & ait · Agile care meus quē ab vtero ma
triſ cuſtodiui incorruptū · & cuſtodiā donec euo

pleno te recipiam · Age qd̄ agis · me donāte · depul
ſoqʒ lāguore ſurge · Porro beatꝰ andoenꝰ adhuc
in palatio degens · & beati eligij cōſilio vtēs · cum
ardentiſſimo ſtudio moāſteriū ꝓprijs ſumptibꝰ ī
remotis locis ꝯſtruere ſatagaret · factū ē vt qua=
dam die ꝑagrans heremi confinia · ſup torrentem
quē veteres incole reſbacē dixerūt deueirʒ · ibiqʒ
paululū ſubter pomorū arborē ſubſiſterʒ · facto
igitur in ea velocitꝰ vmbraculo · ſilentiū impat · ſig
ficans feſſa mēbra quieti velle cōcedere quo ſecre
tius poſſʒ oratōni incūbere · diutiꝰ ergo dum pro
ſtratꝰ oraſſʒ · vidit ī aere nubē ſplēdidam · radijs
choruſcis figurā crucis p̄tendētem · Ex cuius cla
ritate ꝑ tres noctes tantū lumē continnatim emi
